

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Sub pyramide tegumento.. [Et vers på en pyramide]

Citation: Brahe, Tycho: "Sub pyramide tegumento.. [Et vers på en pyramide]", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 211.
Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-workid54739/facsimile.pdf> (tilgået 25. marts 2023)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

Hi valeant, meritisque fuis quæ digna reportent,
 Vindicis ut statuent Jura verenda Dei.
 Salve Ranzóum venerande Henrice propago,
 Uraniam primus qui capis hospitio.
 5 Hic ubi vicinas Hamburgi mœnibus amplis
 Wandelsburga novas Arx habet alta domos,
 Quas sibi construxit memoratus is optimus Heros.
 Octo gerens vitæ luftra peracta fuæ.
 Det Deus Afriferi sapiens moderator Olympi,
 10 Nos hac utiliter forte locoque frui.
 Ipfius ut cunctis pateant miracula Terris,
 Æthere in abftrufo quæ latuère diu.
 Quin tua Ranzovi, donec sibi fidera cœlum
 Vendicat, hofpitij fama fuperfes crit.

15 Hoc carmen cum modernus Rex Daniæ forte fortunâ in quodam libro
 Domini Henrici Ranzovij, bonæ memoriæ, ipfum Haderfleviæ in Holfatia
 ex inopinato invifens reperiffet, jacente nimirum in menfâ libro, quem Ca-
 lendarium Ranzovianum vocant, cui annexum erat: vifo titulo Elegiæ, meo-
 que fubfcripto nomine, ei perlegendo multum immoratus eft, tandemque
 20 complicato libro difceffit et fubticuit, quæcunque legerat difsimulans. Quod
 cum ad me referri curaffet Dominus Ranzovius, veritus ne ægre ferrem, Regi
 in manus per incuriam fuorum miniftrorum (quibus eâ de cauâ fuccenfe-
 bat) perveniße, respondi: Tantum abeft ut hoc molefte accipiam, ut potius
 paratus fim Regi exemplum dare, fi voluerit: neminem enim in Dania eße, qui
 25 hæc feße fic habere jure negare poffit, imo his longe graviora vera eße etc.

[E P. J. Resenii *Inscriptionibus Hafnienfibus* (Havniæ 1668) p. 335 sq.]

SUB PYRAMIDE TEGUMENTO QUODAM
COOPERTA.

Stans tegor in folido, ventus fremat, ignis et unda.

30 Vandesbechí An. MDXCVII, quo poft diutinum in patria
exilium demum prißtine libertati reftitutus fui.

TYCHO BRAHE OT.

[E códice Vindobonensi lat. 10686⁴; cf. exempla exftantia *Mechanicorum*]

11* IN LIBRUM TYCHONIS BRAHEI DE MECHANICIS
35 ASTRONOMIÆ.

ACCIPE clementi, Cæfar Germanice, vultu
 Organa fideréas apta notare vias.
 His ter feptenos luftravimus Aftra per Annos,
 Sulfinit tantum donec Huenna decus.

27*

Aff